

1715.

1. Beccinus, Caspar Schatius : De partibus rei publicae
ministri et vasallij iuribus.
2. Brucknerus, Thielius Hervagius : De remedis contra
sententiam, in justis ponensio summarissimo
latam.
3. b. c Friesen, Jo. Bernhard : De jure zipporum
3 Baumf. 1715 - 1745.
4. Friesen, John Bernhard : De quareta sufficiencia
donationis
5. Friesen, d. Bernh., Fac. jis. decanus : Programma Christ.
Iheri Fisterici Skapulii lectionis mag. praemissum.
6. Friesen, Jo. Bernh., Fac. jis. decanus : Programma
Johannes Gottlieb Wangelii lectionis mag. praemissum.
7. Gerhardus, Ephraim : De impudicatione danni per
ignorantiam iusti.
8. Riesch, Bonaventura : De sacerdotio cum regimine
civili coniuncto sine teologiae imperceptibus



1715

94, b. c Schröterus, Christianus Fridericus & Rejata
specificatione . 3 Haupt 1715-1738.

10. Schröterus, Dr. Christianus, Fac. jus. decanus : Pro-
gramma, lectionis auspicati Iher. Conrad. Finckebeni
praemissum.

11. Schröterus, Dr. Christianus, Fac. jus. decanus : Programma
Christianus Gallatin Raulfusii lectionis auspicati
praemissum.

12. Schröterus, Dr. Christianus ? De conventionibus imper.
factis ...

13. Schröterus, Dr. Christianus, Fac. jus. decanus : Program-
ma, lectionis Friderici Christoph. Lippensis praemissum.

14. Schröterus, Dr. Christianus, Fac. jus. decanus : Programma-
lectionis auspicati Iher. Otha praemissum.

1715

15. Schroeterus, I. Christianus, Fac. iuris. decanus: Pro-
gramma, lectiones auspicati Georgii Wolfgangi Scher-
stalii praemissum.
16. Stevagius, I. Philippus, Fac. iuris. decanus: Programme,
lectiones auspicati Dr. Christiani Breuers
praemissum
17. Stuvius, Prof. Graec.: De competencia fori in delictis
extra septa commissio.
18. Stuvius, Bucavers Gschleppius: Pronomus
historie Graepenthalensis.
19. Wedelin, Georgius Wolfgangius: De frustraria et inconvenien-
ti medicamentorum exhibitione.
20. Wedelin, Iunes Horplius; Fac. med. decanus: Proprietates
iunii: Desulphure metallorum iustitiorum ijunii concipientes
(Dissertatio iunii. Ich. Fulgi praemissum).
21. Wielandius, Christianus: De Iuris et rei iudicione
excluso et excludendo statuta Hamburgensia.

1715

22. *W. Evangelius, Christianus : Collatio statutorum Bon
vinensis cum iure ciuii et canonico communis.*

23. *W. Evangelius, Christianus : De eo, quod iustum
et circa pericula immixtus.*

24. *et W. Evangelius, Christianus : De clausula formae
citationsis iuris salita, et justo tempore matutino.*

1715

IN

R

EX

16

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
QVERELA INOFFI-
CIOSÆ DONATIONIS,
QUAM
DEO DVCE ET AVSPICE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO,
DOMINO
GVILIELMO HENRICO,
DUCE SAX. JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, AN-
GRIÆ ET GVESPHALIÆ, AC RELIQUA
CONSENSU MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA JENENSI,
PRÆSIDE
IOHAN. BERNHARDO Sriesen/
ICTO CELEBERRIMO, HÆREDITARIO IN Posen/
SERENISS. DUCIS SAXO - ISENACENSIS CONSILIARIO AULE
ET JUSTITIÆ NEC NON CONSISTOR. LONGE GRAVISSIMO, FA-
CULTATIS JURIDICÆ p. t. DECANO, PANDECTARUM PROFESSO-
RE, NEC NON CURIÆ PROVINCIALIS, SCABINATUS ET
COLLEGII JURIDICI ADSESSORE,
VIRO DE SINGULIS, QVA GERIT, OFFICIIS SPLENDIDIS-
SIMIS IMMORTALITER MERITO,
DOMINO HOSPITE, PRÆCEPTORE, PATRONO, AC PROMOTORRE
SUO ETATEM RELIGIOSISSIME COLENDO AC VENERANDO
PRO
DOCTORATU JURIDICO,
JURIBUSQUE AC PRIVILEGIIS EIDEM ANNEXIS PUBLICE SO-
LENNITERQUE IMPETRANDIS
ERUDITIS PLACIDE DISQVIRENDAM TRADET
D. XXX. JAN. MDCCXV.
AUTOR E J U S D E M
CHRISTIANVS FRIDERICVS STAPENIUS,
ADVOC. ALTENBURG.
JENÆ, TTPIS VVERtherianis.

DIES ET TATIO IURIDICA IN AURELIENSIS
DE

QVERELEA IN OTHI
JOSSE DONATIONIS

DEO DACE ET AVSPECE
REGORE MAGNIFICENTISSIMO.
ZARINASIMO PRINCIPAKE DOMINE
DOMINO

GALLIUM HENRICI
CONSERNI MANDATIICU IETOTUM CREDIBUS
HACADAMIA IENDIS.

JOHN BERNARDUS

CLO CEREBRUM HEREDITARIO IN POGI
SALVENSIS ETC. V. G. ILLA CENSUS CONVENTUS ALIA
ET PRACTICA REX NOVIS TITULIS CROWNIS ET
CITATIS BICOQUE A DEO ET PATRIAM REVERSO
RE NIS KON CUNA TROGNAE CANTABAT.

ALIC DE SIGNIS QVE QUITU OFICIOS SVI ENDIDIS.

SIMI IMMORTALIUM MERITO
DOMINO HONORIS LACRIMOSA TATRICO AC VALEMOTOR
SUS TATI ARRESTO QVI CONVIVIA A CUNNIBUS

140

DOCTORVLTATI JURIDICO

HISTORIE VC SIAN FONS HOMINIS VITAE PEGO SO.
EMINENTIAVM MATERIALE

ERUDITIS HICCS DISCVRSAVNDAM TRADET

141

NOTA VITAE MDCCLXII

CHRISTIANVS BERNARDUS STAFFELIUS

VDAOC ASTENNGR

TRETTA VITAE AURELIENSIS



Q. D. B. V.

PRÆFATIO.



Vod subitaneus qvilibet e-
ventus consilium hominis
sæpen numero mutare ac in-
tervertere possit, antea qui-
dem fando audivi; nunc re-
ipsa expertus alios post hac
exemplo meo velut docere possum. Cum
enim constituissem, in alio plane themate vires
meas, ((qvæ qvam exiguæ sint, & sentio & scio,) hoc in augurali specimine edito, exercere; con-
tigit ramen, ut postqvam in L. ult. C. de Inoff.
don. Benevolo Inlyti ICTORUM hujus Aca-
demiæ Ordinis jussu publice prælegissem, hunc
ipsum titulum ob ubertatem casuum in praxi, ad
A 2 qvam

quām omnia mea nunc tendunt, obviorum vē-
hementer adamarem. Hinc, discussis rationi-
bus, non veritus sum, priori argumento dimisso,
in Qverela inoff. donationis, qvid tenues humeri
valeant, experiri. Nec cordatiorum qvempiam
id mihi vitio versurum, aut pro in constantiæ,
qvām toto pectore aversor, nota interpretatu-
rum esse confido. Servabimus autem in prose-
quenda instituti nostri ratione hunc ordinem, ut
primo de inofficio donatione, tanqvam scaturigi-
ne nostræ qverelæ breviter commentemur: tum
ipsam Qverelam per causas suas singulas evolva-
mus, & simul ab obviis securis sentientium objecti-
onibus, quantum quidem in nobis est, vindice-
mus, & denique casus selectiores ex LL. C. b. t. de-
cidendos per modum questionum perspicue pro-
ponamus. Fauxit Deus, ut honori ejus ac nostro
fructui suscepimus labor inserviat, Lectori etiam
Benevolo non dispiceat!

SECTIO I. INOFFICIOSAM DONATIO- NEM EVOLVENS.

§. I.

Donationis vox nulla vel difficultate vel æquivocatio-
ne laborat: *In officiis vero vocabulum duplicem sen-*
sunt

sum, vel moralem vel legalem admittit. *Illi* denotat vitiū, qvō mōrosior homo qvis officia Humanitatis ac ini-
noxiæ utilitatis alteri petenti vel plane non, vel ægre sal-
tem admodum, adhibitis pluribus variarum excusationum
ambagibus præstat, Germani vocant *undiensthäftig*.
Legali accepta sensu vox eadem respectum habet ad illud
in specie officium & mihius, qvō natura parentes liberis, &
hos vicissim illis obstrinxit. Cum enim unice ex hoc, non,
prout Hug. Grōt. L. 2. de I. B. & P. C. 7. §. 3. placuit, ex præ-
sumta defuncti voluntate, omnis ab intestato successio col-
ligenda sit; hinc nostra LL. testamentum, in qvo here-
des vel inique exhereditati vel præteriti sunt, contra offici-
um factum esse dicunt, indeqve *inofficium* appellant.
Ex qvibus patet, priorem sensum ad forum Ethicum perti-
nere, posteriorēm vero jam ad nos spectare.

§. II.

Erit igitur, his præsuppositis, *donatio inofficioſa* qvæ-
libet talis prodigentia dantis, qvæ fit, aut facta est in præ-
judicium illorum, qvibus legitima vel naturali vel civili
jure debetur. Ut adeo *inofficium* reddat *donationem*
non persona accipientis, sed profusio donantis. Svadent
hoc pondera verborum, in b. t. C. passim occurrentium,
v. gr. *donationum enormitas*, *immensa donationes*, *imo-*
derata liberalitatis effusio, *donationes*, per qvas facultates
vacuesunt, *patrimonium exaurire*, *exinanire*, *ediscerare*,
& in Nov. 92. *exantlare*, in qvibus & pluribus aliis excessus
donationis causa arguitur lassionis, per qvam deinceps
emergit Actio sive querela *inoff. donationis*, si donans sal-
vam non reliquit legitimam. Hæc enim lassio si absit,
nulla

nulla dabitur hoc nomine Actio L. i. C. b. t. in verbis: quātam partem non habentibus. Cessante qvippe hujus querelæ causa, lesionē in Legitima per donationem, cessabit etiam ipsa querela. Modica etiam donatio querelæ huic locum nunquam faciet, uti post modo deducta dōcent L. 4. de restit. in integr. collata cum L. 4. C. b. t.

§. III.

Venuste vero L. 2. C. b. t. dicitur: *Impetu qvodam immensa liberalitatis.* In qvibusdam enim hominibus tam perversa regnat indoles, ut suas velut proprias habent donandi horas, & peculiares qvāsi raptus, absqye illa propriæ necessitatis, vel indigentia suorum futurae consideratione, hinc qvā talibus ipsorum horis commode novit uti, ex simplicitate & inconsiderantia talium hominum maxime lucrabitur. Qvod si vero præterierunt illæ horæ, citius e silice ignem, qvām ex tam profuse donationibus obolum extorseris, feram penitentiam contrario facto inepte ad tempus testaturis, & vix nisi post longum intervallum, & plane præter opinionem cujusqvm prorumpet denuo aliquid talis donandi, qvem L. hic incusat, *impetus.*

§. IV.

Notari etiam meretur, non solum L. i. C. b. t. sed complures reliqvas ejusdem tit. adversus *Matrum donationes immodicas* esse directas. Sapient enim evenit, ut haec sexus sui imbecillitate, sicut in aliis rebus & actionibus, ita non minus donando, modum excedant, contra qvorumlibet affectuum vehementiam viris, in qvibus consilium,

ac

§. (7) §.

ac gravis & deliberatus animus visqve iudicij major re-
gnat, multo plerumque impotentiores. Qvod eo faci-
lius contingit, si liberorum quis blanditiis earum animam
capere, affectumque & cor, ut loquuntur, ad se rapere di-
dicerit. Tunc enim post habitis plane reliquis liberis,
quibus austerior forte indoles, nec ita ad blandiendum
compositi mores, novercam hac in parte agentem natura,
obtigerunt, omnes opes suas inconsulto animo acccea
plane propensione in tam ridicule adamatam sobolem
conferunt, sic tamen, ut effatum veteris Comici hic non
fallat, matres ut plurimum filios praefiliabus plus amare,
in causam hujus rei curiosis naturae scrutatoribus alibi in-
qvirentibus. Hi tam praepontere adamati liberi immo-
dico matrum amore deinceps uti contra quævis infortu-
nia sua artificiose nortint, ita, ut vafritie sua æruginosam
matrum pecuniam nummosqve plures intra seras arctif-
fime occlusos promte ad votum ac desiderium suum eli-
cient, ac opportune semper in subsidium velut vocent.
*Adversus tam perversam igitur Matrum præsertim indul-
gentiam voluerunt Imperatores quasdam C. b. t. leges ve-
luti obices ponere.*

VI

SECTIO II.

*QVERELAM NOSTRAM PER SU-
AS CAUSAS EXCUTIENS, ET AB OB-
JECTIONIBUS VINDICANS.*

§. I.

His nunc prælibatis propriis *Qverelam in off don per cau-*
sas suas inspiciemus, ut ad definitionem ejus accura-
tio-

tiorem, & defensionem ejusdem contra LL. diserepan-
tes, & Doctorum aliter sentientium opiones viam no-
bis hoc molimine muniamus,

§. II.

*Causa remota nostræ querelæ erit Lex, & quidem
recentior Principum Constitutio: nihil enim de ea in ff.
nostris extat, quippe jure veteri plane ignota, ideo, qvod
ICTIS absurdum videretur, facultatem donandi ac con-
trahendi inter vivos coarctari, ac qvodammodo adi-
mi ex eo, qvod post mortem demum debeatur L. 3. §. ult.
Si quis in fraud. patr. Hinc de jure civili veteri omnia bo-
na donari posse, post alias docet Dn. ab Eßbach Not. ad
Carpzop. Jurisprud. For. p. 202. Fuit autem primus no-
stræ querelæ auctor Imperator Alexander Severus, L. Ti-
tia 87. §. Imperator. de Legat. 2.*

§. III.

*Causa proxima querelæ nostræ erit leso per donatio-
nem facta, ut nimirum non habeant legitimam, qvibus
legitima debetur, L. 1. C. b. t.*

§. IV.

*Causa impulsiva fuit equitas: ratio enim naturalis,
qvasi Lex qvædam tacita, liberis parentum suorum bona
addicens L. cum ratio 7. ff. de bon. damn. non permittit in
eorum detrimentum donare, qvod est perdere L. filius
fam. 7. pr. ff. de donat. unde ne fraus fieret cum legi,
Nov. 92. de inoff. don. tum sanguini L. 4. C. de inoff. test., per-
mittitur hic, de donationibus qvasi legitimam detrahiri
sunt id extraneis in Falcidia non concedatur. L. Seja. 42. §.
ult.*

35 (9) 58

ult. ff. de mort. causa don.) ac præsertim eo casu, quo
maxime injurium videbatur, alterum liberorum ex li-
beralitate parentis nimia ditescere, alterum vero de pau-
perari, inter liberos enim ex L. naturæ servanda est æqua-
litas L. 4. C. de lib. præter.

§. V.

Causa sine qua non querelæ nostræ partim fuit alte-
rius remedii defectus L. 2. 4. & 6. b. t. partim est mors il-
lius, cuius ad bona profusa alienata hac querela agitur:
sicut enim ante mortem non legitima, ita neque huic lo-
cus esse potest querelæ. L. 3. C. b. t. Vulgo quidem ver-
ba ex L. 5 C. b. t. ad patrimonium tuum, nempe donatoris,
ad quem ibi rescribitur, pro ipso adhuc vivo, & agente
allegantur; sed ratio adjecta, ut liberi subsidium conse-
quantur, evincit, si mortuus demum fuerit, intelligi. conf.
Donell. Encl. p. 531.

§. IV.

Dispiciamus jam, quibus propriæ hæc querela detnr.
Scilicet non competet donatori, quia vitium inofficiosi ipsi
justa revocandi causa esse nequit, dum nec suo nomine,
quippe volens non fraudatus, nec ex persona liberorum,
quorum est injuria arg. L. 8. ff. de inoff. test. agere potest.
Accedit, quod evenire possit, ne plane legitima debeatur,
ut, si liberi prædecesserint, vel pater donans aliunde tan-
tum adquisiverit. Ut taceam, propriæ turpitudinis accu-
satorem fore parentem, si diceret, contra pietatis officium
se donasse. Maneat ergo hoc immotum: querelam no-
stram nasci ordinarie demum post mortem donatoris, conf.

B

P. 5.

P. 3. Synt. J. Civ. Struv. p. 60. lit. 2. excepto casu infra in
q̄aſtione prima a nobis deſignando.

§. VII.

Competet autem nonniſi heredibus vel ex iſtitutione
L. 1. C. b. t. vel ab iſteſato, v. gr. liberis, qvi jam erant tem-
porē facta donationis, his enim datur querela inoff. te-
ſam. L. 1. ff. de inoff. conſeqventer dabitur eriā hāc. L.
ſin. C. b. t. Porro parentib⁹ Molin. de J. & J. Tr. 2. dispa-
283. in f. nec non fratrib⁹, ſi turpi perſonā donatum
fuerit, Zoes. ad ff. p. 900. n. 75. imo etiam fratrib⁹ liberis,
jure repræſentationis cum patruis ſuccedentibus. Wefem-
bec. Commentar. ad C. b. t. ex Molin. p. 859. Breviter: da-
bitur omnibus iis regulariter, qvib⁹ & inoff. teſtam. & le-
gitimā petitio competent, & quidem tunc, cum hanc ali-
unde vel non habent. L. 1. b. t. quartam non habentibus, ali-
as enim obſtaret exceptio: Petis, qvod jam ante habes;
vel aliunde babere non poſſunt, L. 4. & 6. b. t.

§. VIII.

Dabitur contra donatarios, tam domēſticos, liberos,
fratres, qvam extraneos, etiam hos heredes, An etiam
contra ſingularē ſucceſſores detur? Negat Mevius ad Ius
Lubecense p. 247. non expeditum hoc pronunciat Hilliger.
in Donell. Encl. p. 451. Wefembec. tamen Commentar. ad
C. b. t. afferit, dari contra omnes, ad qvos reſtitulo lucre-
tivo pervenerunt, ſi modo locupletiores inde facti ſint.
p. 863. conf. Carpozov. Jurisprud. Forens. P. 2. conſtit. 12.
def. 32. p. 489 ſeq. Dabitur querela noſtra, ſive donator
inoff. teſtato, ſive ab iſteſato deceſſerit.

Ob-

§. IX.

Objetum nostræ querelæ sunt bona, durante vita per donationem alienata, & contractus in vita initi. Ex quo simul apparet, quam multo pingvior nostra quidem sit querela petitione legitima, & querela inoff. testam. Exhaustis enim per donationem inter vivos bonis, licet alterutram vel utramque liberi postea proponant, & hereditatem vacuam denuncient, non tamen legitimam ex legis providentia conseqvuntur L. 1. b. t. sed inanis eis actio relinqvitur. L. 6. de dolo malo. & L. 6. ac. 30. C. de inoff. test. qvippe tantum in bona quæ defunctus reliquit dirigitur, nec ulterius in vitam retro extenditur petitio legitimæ, dum illo tempore nulla prorsus liberis legitima debetur. Unde in vivis alienando, aut conturbando, & ex alienum contrahendo causa legitimæ exhaustiri potest. At nostra querela rescindit etiam contractus in vita perfectos, petitque bona durante vita per donationem alienata, ex quibus nulla certe legitima debetur, impugnatque contractus in viris initos, qui alias unicuique permittuntur liberi | L. sicut. de oblig. & Act.

§. X.

Sed quanto pingvior, tanto etiam odiosior nostra, quam inoff. testam querela, qvoniā auferit liberam inter liberos testandi facultatem, nec qvicquam curat, in quem donatio effusa sit, unde merito est temporalis, ad quinquennium, sicut querela inofficiosi, adstricta, LL. b. t. conf. Wefembec. l. c. p. 851. seq. & subsidiaria. L. in honoriario 34. de Oblig. & Act. qvia jus contractuum rescindit. L. 2. & 4. b. t. magis quam in integr. restitutio L. 4. b. t.

§ (12) §

non famosa, cum talis non detur contra parentes aut alios
qvorum ex bonis legitima petenda est. L. 5. ff. de obseqv.
parent. & patr. presb. aggravans tamen excommunicationem
eius, cuius inofficioſa donatio arguitur facta in fraudem
Legitimæ.

§. XI.

Finis nostræ querelæ est, ut quarta impetretur L. i.
b. t. & Nov. 92. qvæ hodie est triens vel semis. Autent
Novissima, & Autb. Unde si parent. C. de inoff.

§. XII.

Nunc facile erit definire hanc querelam. Et nimi-
mirum Actio Civilis, revocatoria, ideoque subsidiaria, qvæ
in defectu alterius remedii permittitur, Legitimam, aut quod
ei deft., ex immensis donationibus, velut inofficioſis re-
vocari.

§. XIII.

Diximus: *civilis*, qvæ est ex constitutionibus, L.
penult. b. t. non tamen ordinaria ex jure ordinario, præ-
fertim cuna in rem potius sit, qvam personalis, qvippe non
ex obligatione factoqve ullo, unde obligatio, orta, sed tol-
lens titulum donatarii, eoqve sublatu ac donatione rescis-
fa efficiens, ut res non videantur ab initio donatæ arg. L. 21.
§. ult. de inoff. test. Neutiquam vero ex maleficio pro-
cedit, cum fraudis participatio in donatore non requiratur,
sed sufficiat hic eventus absqve consilio. L. 5. b. t. conf.
infra in casibus deducta. Disputant hic Dd. an sit tan-
tum præparatoria ad rei vindicationem, an ipsa vindica-
tio, & petitio? Nobis placet sententia statuentium, no-
stram non esse ab his aliam actionem, sed illas habere
in

inclusas. diximus: revocatoria, quam vim extendit *Wesembe*c. l. c. p. 853. & 863. tam ad donationes inter vivos, quam mortis causa, & singulas utriusque species, cum omnes pro contractu, non ultima voluntate habeantur, nec exclusis quidem donationibus ob causam, quatenus haec exeat in donationem. *Wesembe*c. l. c. p. 866. *Wiffenbach*, vero *Comment.* in L. IV. C. p. 425. statuit mortis causa donationem citra querelam per legitimam minui. L. 1. §. Si quis ex mortis s. ff. qvod Legator. L. 2. C. de mort. caus. don. Et licet alias Falcidia de donatione inter vivos non detrahatur. L. Seja 42. ff. de don. causa mort. sed tantum de mortis causa factis L. in duobus 12. ad L. Falcid. tamen hanc quasi legitimam, beneficio hujustituli utrinque revocare ac decerpere licebit. t. b. t. judice *Wesembe*c. l. c. p. 852.

§. XIV.

Diximus in defini: *Legitimam*, aut, *qvod ei deest*. Tametsi enim quantitas per se non variat species, instar divisionis tamen in b. t. esse potest, ut alia sit *querela solidaria* inoff. *donationis* t. b. t. alia vero *petitio supplementi* ex donatione faciendi, quoties quid legitimae nomine reliatum vel acceptum est. L. Si mater 7. b. t. Sejuncta tamen haec erit ab illius condicione, cum non detur, ut illa, ad bona a defuncto tempore mortis relicta, sed in vivis tantum alienata.

§. XV.

Cognata & *affinis*, prater petitionem legitimæ, & Favianaam, pluresque adhuc alias apud *Wesembe*c. l. c. p. 871. seq. vel maxime nostræ est *querela inoff. testam.* ad

cuius etiam similitudinem L. ult. b. t. redacta nostra dicitur. Et revera *utraqve* occurrit inoff. parentum actionibus, *utraqve* non datur, cum remedio alio qvis uti potest, §. 2. *J. de inoff. test. junct. L. 4. & 6. C. b. t. utraqve cessat, liberis vel ignorantibus, vel approbantibus voluntatem patris vel expresse, vel tacite, v. gr. per lapsum quinqvennii. L. 35. §. penult. C. de inoff. junct. L. 6. & ult. C. b. t. & L. 8. ff. de inoff. Porro sicut illa tantum locum habet post obitum; Ita nostra nequit institui donatore vivo: Sicut illa excluditur ingratitudine liberorum, ita non minus nostra: Sicut illa finitur quinqvennio, ita nostra eodem terminatur: Sicut pater illam liberis auferre nequit, ita neque huic nostrae in fraudem liberorum ullo modo sive jurato sive injurato renuntiare potest arg. I. penult. C. de pact. sicut in illa, re ad causam intestati reducta sit, ut heres scriptus jam ab initio nunquam heres fuisse intelligatur, ita per nostram donatione rescissa rei vindicatio tenet contra possidentem, ac si titulum nullum haberet. conf. ad hæc Perez. ad C. l. 3. tit. 29. p. 168. seq. n. 2. 3. & 7. Verbo: Similes sunt, qua causam, qua tempus, qua mores. Differunt tamen præter passim a nobis deducta, dum illa est ex testamento, nostra non ex contractu, ut Bartolus voluit, sed ex lege contra jus contractus L. Titia §. Lucius de Leg. 4. Illa petitur tota portio hereditatis, nostra tantum legitima. L. 1. & 2. C. b. t. quousque hæc lœsa reperitur. In illa bona estimantur tempore mortis, L. 6. C. de inoff. test. in nostra tempore donationis, collato cum tempore mortis, v. infra casus nostros: discrepant vero præcipue qua statum effectum, de quo conf. mox ad object. dicenda.*

Divergia enim opinionum, Legesque in speciem contraria uti in nullo juris nostri argumento deficiunt; ita neque hic una omnibus Dd. mens ac sententia fuit, quorum objectionibus contra b. t. pro virili obviam nunc ibimus. Sunt qui putent, per nostram querelam semper in torum inoff. donationem rescindi, non *in tantum*, quantum desit legitimæ. Inter quos Emanuel Costa familiali ducit, v. Donell. Encl. p. 529. & 534. seq. Nituntur præcipue L. ult. C. b. t. firmantque argumentum inde nexum ratione, quod similium par sit ratio. Sed præter paulo ante in affinitate utriusque querela demonstranda a nobis prolata, Resp. pari passu utramque ambulare in omnibus debere, in quibus non obstat Lex, quam tamen hic certo obstat, docent ad oculum. I.. 1.. 2.. C. b. t. Accedit ad infringendam sententiam contrariam regula illa generalis: *Quoties nimirum Lex certum modum, qui b. l. est legitima, præstituit, ac is modus excessus ac violatus sit, toties non infirmari omne quod gestum est, sed tantum quod illicite.* L. 21. de usur. L. 34. C. de donat. conf. pro nostra sententia *An-*tor. cit. in P. 3. Syntagm. Jur. Cie. Strud. p. 60. ed. Müll-ler. lit. y. quia enim hic non in totum peccatum est, poena delictum egredi non debet.

Alii superfluam nostram querelam plane arguunt ac non necessariam, dum per eam legitima petatur, quæ tamen jam alia commodiore, & quideam perpetua ac ordinaria actione peti possit, non opus igitur esse subsidatio & extra ordinario hoc remedio, cum ordinarium L. 6.

C. de

C. de inoff. test. detur. Resp. præveniendo satis fecimus
jam huic objectioni supra, ostendendo, quanto pingvior
esset nostra querela præ inoff. test. ex quibus profecto ne-
cessitas nostræ satis intelligitur.

§. XVIII.

Objiciunt porro nonnulli hic *L. 87. §. 3. de Leg. 3.*
ubi in nepotem collata pro *dimidia* parte revocantur.
Sed Resp. ibi non *dimidia* hereditatis, sed ejus, quod illi-
citate donatum est, sive *dimidia* quartæ partis intelligitur, uti
L. 7. C. b. t. conf. omnino *Wissembach l. c. p. 428.* & *We-*
sembet ad C. b. t. p. 870. seq.

§. XIX.

Alii objic. *L. si Libertis 16. pr. de jur. patron.* Resp.
diversa plane hujus exempli est ratio; illic enim donatio
in totum, & omni ex parte in fraudem Legis est, qua liber-
tus hoc agit, ne quicquam cogatur relinqvere, in nostra
querela ex parte tantum, quatenus olim dodrantem,
nunc bessem excedit.

§. XX.

Opponi etiam hic solet *L. 8. C. de revoc. don.* Sed
Resp. ea lex non tractat de inoff. donatione in odium li-
berorum facta, sed de tali, quam fecit pater, liberostunc,
cum donaret, non habens, isthac tamen mente, ut, si
postea liberos susciperet, donatio revocaretur. Ergo
tunc ipse donator revocat, per nostram querelam revo-
catio sit ab aliis, contra voluntatem donatoris, post mor-
tem hujus, quæ sane maxima disparitas est.

§. XXI.

Mirantur alii, qvod ad exemplum & similitudinem querelæ inoff. testam. nostra hæc introducta sit, opponunt que alias nostræ longe similiores v. gr. petitionem legitimæ, *L. omnino 30. de inoff. test.* & Favianam, qvæ Patronis in contractus a liberto gestos datur, *L. 3. si quid in fraud. Patroni.* Sed Resp. eo tempore, quo LL. nostri tituli erant latæ, nondum condictionis legitimæ erat usus, inventa qvippe primum ætate Justiniani. *L. omnino 30. de inoff. test.* unde non entis nullæ poterant esse affectiones, h. e. illi petitioni, qvæ nondum in usu erat, nostra querela non poterat æqviparari. Quantum ad Favianam, nititur illa tantum lege gratitudinis, indeqve non tam favorabilis est, qvam nostra liberorum & parentum, qvæ præter legem gratitudinis nititur etiam jure sanguinis, duplex vero vinculum, uti notum est, fortius ligat, qvam unum. De aliis LL. hic opponi solitis *conf. Molin. in Labyrintho de inoff. don. Tiraqv. T. 6. Commentar in L. si unqvam C. derevoc. don. advoc. Totum p. 259. seq. Cujac. L. 5. observ. 14. p. 217. Fachin. controv. L. 6. c. 84. p. 727. seq. Zoes. Augm. ad ff. p. 900. n. 76. seqq.*

SECTIO III.

CASUS PER QVÆSTIONES PROPOSITOS DECIDENS.

Nunc absolutis sectionibus prioribus memores promissi nostri ad Casus ex *LL. C. b. s.* dextre decidendos nos accingimus. Sit igitur

C

QV.

Qv. I. An pater donationem suam in extraneum antehac factam, natis post hac sibi liberis, ipse revocare possit? Resp. omnino, & quidem in solidum, quia verisimile est, donaturum patrem non fuisse, si se adhuc habiturum liberos putasset. conf. Carpzov. Jurispr. For. P. 2. conf. 12. def. 32. p. 489. seq. docens, per supervenientiam liberorum recte etiam rem singularem revocari. Plurimum tamen interesse, si donationes revocentur ex supervenientia liberorum, &, si tanquam inofficiose, ostendit accurate Faber C. L. 3. tit. 20. defin. 2. & 3. p. 217. seq.

Qv. II. An patri donatori nomine liberorum haec querela contra filium vel filiam donatariam detur? Resp. Casus tunc existere unice potest, si alii liberi post donationem donatori insuper nati fuerint, tunc enim non creditur donatarius habere pro se voluntatem donatoris, quem credibile est, non fuisse inofficiale donaturum, si de liberis sibi nascituris cogitassem: quo casu tamen nostra querela tantum pro modo legitima, sive ad legitimam competit, non vero, ut in solidum donatio rescindatur. conf. Donell. Encl. p. 540.

Qv. III. Qvomodo, si pater donationem in extraneum contulerit, liberi ejus donationem postea revocabunt? Si donationis tempore superstites fuerint, pro parte legitimae, manifesta enim donatoris voluntas est pro donatario in omni eo, quod excedit legitimam: Si post donationem suscepisti sint, revocabunt in solidum liberalitatem in extraneum collatam. L. 8. C. de revoc. don. ob eandem, quæ modo data est, rationem.

Qv. V. Sed qvomodo, si in aliis liberos prius natos
pa-

pater liberalitatem contulerit nimiam, postea nati querelam contra istos instituerunt? Resp. tantum pro modo legitima. *L. 5. C. b. t. conf. Donell. Encl. p. 537. Ant. Faber. C. L. 3. tit. 20. defin. 4. p. 218. seq.*

Qv. V. An querela nostra dabitur etiam liberis naturalibus, si mater ipsorum contra pietatis officium donationes fecerit? Resp. omnino, non vero ipsis dabitur, si pater idem fecerit, *argum. L. un. C. de. inoff. dot. & L. S. suspecta 29. ff. de inoff.*

Qv. VI. Qvomodo liberi subsecuti matrimonii revocabunt donationem inofficiam, in priorem patris donatoris conjugem collatam? Resp. in solidum, qvia hoc casu extranea jure censebitur prior uxor. *conf. Anton. Faber C. L. 3. tit. 19. defin. 2. p. 217.*

Qv. VII. An si pater v. gr. Nobilis, in emtionem feudorum novorum pecunias suas cum diminutione legitimæ filiarum suarum in gratiam filiorum aut agnatorum effuderit, filiabus ejus deinceps competit querela haec nostra? Resp. omnino, ratio dubitandi poterat quidem esse, qvod qvoad patrem adqvirentem titulus sit onerosus. *Heig. P. 1. qv. 25. n. 32. seqq. ratio decidendi vero erit, qvod titulus inter patrem & filios sive agnatos sit lucrativus, unde hic merito succurri filiabus debebit: qvanquam id ex constitutionibus restrictius, qvam legitima juris communis postulavit:*

Qv. VIII. An si uni ex liberis studiorum causa facta donatio, aut patrimonium sumtibus studiorum unius plane exinanitum sit, querela huic locus erit? Resp. qvando & qvatenus filius donatarius exinde factus fuerit locupletior, debebunt donata omnino repeti, ac in communio-

nionem revocari, cum nec dos inofficioſa in meliore hie
cauſa sit.

Qv. IX. An ingratitudo liberorum in ipsa immodica
donatione ſimul annotata ſufficiat ad hanc querelam
excludendam? **Reſp.** neutiq;am, ſed reqviritur insuper,
ut pater teſtamentum hac ſuper re condat, ac liberos in eo
ingratos pronunciet, addita cauſa iuſta, ab herede deinceps
probanda. **Nov.** 15. c. 3. qvæ hic ſemper pro norma
erit.

Qv. X. An donatio revocanda debeat eſſe inofficioſa
consilio tantum, an re & eventu tantum, an vero
utrumq;e concurrere debeat? **Reſp.** qvamvis inter
consilium & eventum alibi in jure noſtro diſtingvatur;
tamen ſicuti nec in inoff. teſtamento id diſcriminis at-
tenditur, ita nec in hoc argumento ponderandum
erit, ſed ſufficiet eventus absq;e consilio L. 5. b. 1. po-
ſita enim cauſa, laſione in legitima, ponetur effectus
proximus, querela noſtra, consilium ergo absq;e even-
tu nunq;am ſufficiet, L. penult. b. 1.

Qv. XI. An laſio ſemper ad dimidiāi justi pretii
aſtiminationem ascendere debeat, ſi inoff. donatio ſit re-
ſcindenda? **Reſp.** poterat qvidem dubitari, qvoniaq; in or-
dinariis remedii ita receptum ſit, decisio vero peti debeat
inde, qvod in extraordiniariis, qvalis haec noſtra eſt, etiam
ob minorem & dimidiū non praecife attingentem laſio-
nem occurri laſis debeat. **Qvam** commodiſſime laſio
arbitrio judicis pro complexu perſonarum & rerum ve-
niat aſtimanda, conf. ſupra **Sect. I. §. 2.** ſub fin. prolata.

Qv.

Qv. XII. An qvetela nostra locum inveniat, si ad
piam causam immodice doxiatum fuerit? Resp. omni-
no, qvia tunc lesio hic eadem, qvæ in aliis casibus, con-
tingit. Ergo pium non erit, qvod pro pia causa nimis
erogatum est, valebitqve Brocardicum: Tale non est,
qvod pro tali habetur. *gloss. L. mercis. 207. de verbis*
significat.

Qv. XIII. Qvodsi plures donationes sint factæ,
qvarum singulæ legitimam non minuunt, bene tamen
univerſæ, omnesne rescindendæ pro rata, an solæ postre-
mæ? Resp. Aff. prius, modo non longo nimis tempore
intervallo sint secretæ. Licet enim priores, initio
inspecto, inofficioſa non fuerint, inhibeſe tamen donationi-
bus simul junctis fraudandi animus præsumitur, alio-
qui facile foret donatori, multiplicatis donationibus in-
ane ac illuforium reddere querelæ nostræ remedium.
conf. Anton. Faber ad C. L. 3. tit. 20. def. 1. & defin. 7.
p. 219. Syntagm. Struv. P. 3. p. 59. Donell. Encl. pag. 528.
seq. & p. 534. Perez. ad C. L. 3. tit. 29. p. 169. & Si-
ebard. ad L. 1. b. t. n. 11. pag. 493. Dissent. Mev. ad
Jus Lubec. pag. 247. & Zoes. Augm. ad ff. pag. 900.
num. 79.

Qv. XIV. Quid vero fiet, si pater donaveritusqve ad
ad finem legitimæ, & deinde Legitimam lautijs uten-
do consumat, juxta proverbium: *Alles verzehrt vor*
seinem End / giebt ein richtig Testament? Resp.
optimum consilium hic fuerit, ut patri dilapidanti in
tempore bonis interdicatur, qvod si vero absqve luxu
minis

consumserit legitimam, liberis succurrendum condicione ex L. Si totus h. t.

Qv. XV. An, si v. gr. mater donavit uni fratre bellem, & triens reliquus casu aut infortunio postea pereat, haecce donatio per eventum, ut in officiosa infirmabitur? Resp. Neg. Licet enim casus extitit, a quo donatio incipere non potuit, ab initio tamen rite peracta fuit, indeque valida manebit. arg. L. Sancimus 25. C. de admin. tutor. conf. Zoes. Augm. ad ff. p. 901. n. 80.

Qv. XVI. Qvo tempore est praece spectanda patrimonii donantis quantitas? Resp. tam tempus mortis donatoris, quam tempus donationis respiciendum est. Synt. Struv. J. C. P. 3. pag. 59. Unde, si ab initio donatio excesserit modum, & ante mortem creverint facultates, cessabit querela nostra conf. Anton. Faber in C. L. 3. tit. 20. desin. 7. pag. 219.

Qv. XVII. Qvomodo ergo enormitas donationis, tanquam lassio, erit probanda? Resp. per ipsam collationem bonorum, prout nunc post mortem donantis sunt, & prout tempore donationis fuerunt. Executienda ergo erunt bona vel per justum inventarium, vel per jusjurandum possessorum. conf. Wesembe. Commentar. ad C. b. t. pag. 868. docens, quid hoc casu ultrius in judicio faciendum sit.

Qv. XVIII. An ullo modo pater donans in fraudem liberorum renunciare poterit nostræ querelæ? Resp. Neg. sive jurato, sive injurato renunciet. Ratio ex L. 2. C. de patr. petenda, sicut enim

enim pater nequit liberis auferre querelam inoff. test. ita neque nostram hanc L. ult. C. b. t. Namque competit invito donatore ex solo beneficio juris s. b. t. Dif- sentit hic fœcundissimus quindecim liberorum & libro- rum parens Tiraqvell, ad L. 8. C. de revoe! don. cum aliis viris doctis apud Dn. ab Esbach in Not. ad Carpzov. Ju. risprud. For. p. 203.

Qv. XIX. Sed qvid si filius donationem a patre factam confirmaverit, aut si pater curaverit, ut liberi etiam ipfi tempore donationis renunciarent? Resp. vix erit, ut haec vel confirmatio vel renunciatio liberis obesse possit per L. 32. §. 1. C. de inoff. test. junct. L. fin. C. b. t. non enim facto ullo defuncti petitio legitimæ deterior fieri potest aut debet.

Qv. XX. An majori, qui percepit legatum, atque ita tacite agnovit voluntatem defuncti, adhuc ta- men pateat nostra querela? (deminore enim hic non loquimur, qui contra agnitionem voluntatis defuncti restituitur in integr. L. cum donationibus 6. C. b. t.) Respond. Aff. Qyanquam enim approbando testamentum videatur renunciasse juri suo, agnoscendo tamen legatum, neutriquam agnovit donationem, ut quæ nihil haber cum testamento commune, nec ex eo dependet, ex se- paratis vero nihil insertur. L. ulti. de column. L. Papi- nian. 20. Accedit, qvod limitata renunciatio limitatum producat effectum L. 5. de Transact. & renunciatio omnis stricti juris sit, sicut & transactio, nec extendatur ultra id, qvod expressum aut actum est, multo ve- ro

ro minus ad fraudulenta & immoderata, qvalis est inoff.
donatio,

Qv. XXI. An si pater qvis profuse luserit, &
omnia bona sua alea perdidet, etiam ad hunc casum
nostra querela extendatur? *Resp. Aff.* qvia pro lucrat-
iva causa tales adqvisitiones per ludum habentur: cum
hac tamen limitatione, ut tantum enormitas *L. 6. b.t.*
detrahat, quantum nimirum ad legitimæ lassionem re-
sarcientiam satis sit,

Qv. XXII. An etiam reliqui contractus utrinque
obligatorii & onerosi, si damnosi fuerint, huic querelæ
pateant? *Resp. Neg.* unius enim inclusio est alterius
exclusio, & exceptio firmat regulam in casibus non ex-
ceptis. Juxta tit. vero hujus inscriptionem hic tantum agi-
tur de donationibus. Non debet autem viventibus esse
interdicta facultas contrahendi ob legitimæ spem in fu-
turum, qvod omnino hoc admisso contingere. Restri-
ctione tamen hie opus: nisi, qvatenus in lucrativum ti-
tulum hi contractus incident, v. gr. si res pretiosa modi-
co admodum pretio vendatur, aut si alterius contractus
nomen donationi simulata obducatur, v. gr. si preti-
um dicis gratia constitutum, qvod vendor nungquam
exacturus sit. *L. cum in vend. 36. de contrab. emt.* aut
si color mutui donationi factæ qvaratur, ut fortior obli-
gatio ex causa onerosa contrahatur, qvalium credi-
torum potior in multis causa est. *L. qvod autem §. se-
mili ff. qve in fraud. cred. Anton. Faber ad C. L. 3. tit.
30. defin. 6. pag. 218. seqq.* item, si uni filio v. gr. primo-
geniti

genito, aut uxori vilissimo pretio præcipua bona pater
aut maritus vendat. Nam etenim semper est, eritque
donatio, quatenus pretium non responderet. *L. Si quis*
38. ff. de contrab. emt. conf. Tiraqvell. Tom. 6. Com-
mentar. in L. Si unquam C. de revoc. don. pag. 116. seq.
Quousque tamen bona in fraudem legitimæ a patre ven-
dita & alienata revocari queant, doc. Carpzov. Jur. For.
P. 2. const. 12. def. 36. Faschin. L. 6. controv. c. 85. pag.
728. seq.

Qv. XVIII. An nostræ querelæ locus sit, ubi do-
natio directe facta fuit in fraudem Legis, atque ita est
ipso jure nulla? Resp. Neg. ex *L. 4. C. b. t. Et L. in cause 16.*
de minor. quod enim jam nullum est, rescindi non pot-
est, *L. 5. de injust. rupt. testam.* cum rescissione plane tunc
non sit opus.

Qv. XXIV. An impedit nostram querelam, si
petitor donatori factus sit haeres. *L. 1. 2. 3. b. t. ?* Resp.
Neg. Licet enim hic contra ejus contractus venire ne-
queat, *L. cum a matre 14. ff. de rei vindic.* in nostra ta-
men querela proprie non contra factum defuncti itur,
sed inde legitima velut a alienum aufertur, quod a re-
scissione abest. *L. omni modo 30. C. de inoff.* nec im-
pedit illam juris hereditarii obligatio. Accedit, quod Do-
natio inoff. non privet hereditate, ut quæ viventis nul-
la, nec alia re propria, aut quæ debeatur.

Qv. XXV. Quomodo in nostra querela forman-
dus sit libellus? Resp. Constatibit seq. velut enthyeme-
mate, cuius antecedens accusatio sive querela inoff. don.

D

ex-


ex L. ult. b. t. conseqvens vero petitio debitæ portionis erit, *LL. b. t. passim*. Licet enim nobis hic constituere easdem libelli partes, qvæ in querela inoff. testam. vulgo constituuntur, qvamvis quantitate & qualitate ambo libelli varient, per illum enim totus as impugnatur, per nostræ querelæ libellum qvota tantum rescinditur, qvæ legitimæ respondeat, *conf. singula C. b. t. LL. cum Nodell. 92, de inoff. don.*

Qv. XXVI. An amittat relictum a defuncto, qvî in hac querela succumbit? *Resp. Neg.* qvia nostra querela non impugnat ultimum judicium defuncti, quo relictum est, qvafsi fuerit ille demens & insanus, sicut querela inoff. testam. facit, neqve etiam totum contractum nostra inspedit, sed petit tantum portionem ex L. debitam, qvod genus actionum agentem indignum non reddit. *L. Papin. §. si quis ex hac ratione L. Paulus 8. de Prætor. Stipul. conf. Wefembec. l. c. p. 809.* Accedit etiam novus favor nostræ querelæ, qvod suprema judicia, qvæ per querelam inoff. testam. rescinduntur, multo favorabiliora existimantur, indeqve horum rescissio tanto odiosior judicetur; *E* contra inter vivos collatae liberalitates tantum quidem favorem non habent, indeqve earum rescissio per nostram querelam non tam odiosa reputabitur. Et hoc duplici respectu non dubitamus, licet supra *Sect. 2. §. 10.* nostram alio respectu magis odiosam præ illa pronuncia verimus, nostræ querelæ certam favoris prærogativam præ altera tribuere, secuti ducem hic *Anton. Fabr. C. L. 3. tit. 20. defin. 1. p. 217.*

Hic

Hic jani subsistimus, Lectorem Benevolum impense orantes, ut festinationi nostræ impræsentiarum velit ignoscere. Quemadmodum enim facillime evenire potest, ut properans nimis auriga currum aliquando evertat; ita necessaria nostræ & plane inevitabili in elaboranda hac disputatione deproportioni æque accidere potuit, ut alicubi lapsissimus ac erraverimus, præsertim cum hoc nunquam ab hominibus, quæ ipsorum est imbecillitas, sit alienum. Pro concessis vero etiam in tanta festinatione viribus sit

S. D. G.



ULB Halle
005 312 361

3







DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

QVERELA INOFFICIOSÆ DONATIONIS,

QVAM
DEO DVCE ET AVSPICE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO,

DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DUCE SAX. JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, AN-
GRIÆ ET GVESPHALIÆ, AC RELIQA
CONSENSU MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA JENENSI,

PRÆSIDE

IOHAN. BERNHARD O Friesen/

ICTO CELEBERRIMO, HÆREDITARIO IN Posen/

SERENISS. DUCIS SAXO - ISENACENSIS CONSILIARIO AULÆ
ET JUSTITIÆ NEC NON CONSISTOR. LONGE GRAVISSIMO, FA-
CULTATIS JURIDICÆ p. t. DECANO, PANDECTARUM PROFESSO-
RE, NEC NON CURIÆ PROVINCIALIS, SCABINATUS ET
COLLEGII JURIDICI ADSESSORE,

VIRO DE SINGULIS, QVÆ GERIT, OFFICIIS SPLENDIDIS-
SIMIS IMMORTALITER MERITO,

DOMINO HOSPITE, PRÆCEPTORE, PATRONO, AC PROMOTORE
SUO ÆTATEM RELIGIOSISSIME COLENDO AC VENERANDO
PRO

DOCTORATU JURIDICO,
JURIBUSQUE AC PRIVILEGIIS EIDÈM ANNEXIS PUBLICE SO-
LENNITERQUE IMPETRANDIS

ERUDITIS PLACIDE DISQUIRENDAM TRADET
D. XXX. JAN. MDCCXV.

AUTOR E J U S D E M

CHRISTIANVS FRIDERICVS STAPENIVS,

ADVOC. ALTERNBURG.

JENÆ, TTPIS VVERtherianis.